

PRAEFATIO.

one & scrutatione usuque sacri Codicis Theologianimus esse debeat, ut in omni disciplinarum Theologicarum genere validum sit investigandi, docendi, demonstrandi, excitandi instrumentum. Ex quo sequitur, ut & Theologia Thetica abundantissimamente sensu Biblica sit, & Morali ac Polemicæ idem eveniat, tum ceteræ etiam partes consimili ratione pertractentur. Si quis enim sic adsvetus fit sacris Bibliis, ut eorum interiora & divitias possideat, illum in his quidem omnibus egregio successu versaturum non sine mentis convictione assevero. Ipsa etiam Homiletica tractatio, quam Ecclesia nostra usurpat, auctibus non contemnendis inde assurget, induetque nervos, & succo impletis venis ad scopum τῆς ὀικοδομῆς longe pulcrius decurret. Accedat tandem Ascetica tractatio Scripturæ, & peculia-